ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΕΠΙΦΑΝΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟ-
ΠΟΥ ΚΟΝΣΤΑΝΤΕΙΑΣ ΚΥΠΡΟΥ
ΠΕΡΙ ΤΟΝ ΦΥΣΙΟΛΟΓΟΝ.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΙΣ ΤΑ ΒΑΙΑ ΛΟΓΟΣ.

SANCTI PATRIS NOSTRI EPIPHANII
Epiſcopi Conſtantiæ Cypri ad Phyſiologum.

Eiuſdem in die feſto palmarum ſermo.

D. Conſali Ponce de Leon Hiſpalenſis. S. D. N. Sixti V. cubicularii ſecreti, interpretis & ſcholiaſtæ, bimeſtre otium.

Ennius, Iphigenia.

Otio qui neſcit vti, plus negotij habet,
Quàm cum eſt negotium in negotio.

1a
4155

R O M AE,

Apud Zannettum, & Ruffinellum. CIƆ. IƆ. XXCVII.

EX AVCTORITATE SVPERIORVM.

CVM PRIVILEGIO.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

AD LECTOREM
PRÆFATIO.

SI quis eſt (*Chriſtiane lector*) *inter ſanctos patres quorum vel temporum iniuria, vel librariorum oſcitantia vel nouiſſimis hiſce diebus praua hæreticorum arte mutila, corrupta, deprauataq. ad nos ſcripta deuenere, ſi quis dico ſacrorũ auctorum quiſquam ſeduli ac docti hominis diligentiam expoſcit, ac veluti efflagitat, deprecaturque, is quidem vnus, iudicio meo ſanctus eſt Conſtantiæ vrbis Epiſcopus Epiphanius, cuius nũc tibi opuſculũ hoc, luci demũ redditum exhibemus. Fuit diuinus iſte vir, ſi argumenti in quo verſatur excellentiã, ſi rerum quas tractat dignitatem, ſi dogmatum ac ſententiarum quibus abundat, pondus perpendas, digniſſimus profecto qui Chriſtianæ reipublicæ nunquam interiret, cuiuſque præclara excelſi ingenij monimenta pura ſemper atque illibata poſteritati conſeruarẽtur. At neſcio qua, iniqua certe ſtudioſorum ſorte effectum eſt, vt cum in expurgandis illuſtrandiſque aliorum patrum libris felicem hactenus operam doctiſſimi viri poſuerint, eorumque ſingulari beneficio priſtino nitori reſtitutos, atque à barbarorum hominum iniurijs vindicatos illos habea*

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

Ἐπιφανίου ἐπισκόπου τῆς Κωνσταντείας Κύπρου, περὶ τὸν Φυσιολόγον τὸν διεξελθόντα περὶ τῆς ἑκάστου γένους φύσεως τῶν θηρίων τε καὶ τῶν πετεινῶν.

Ὁ Φυσιολόγος ἄρχεται λέγειν περὶ τοῦ λέοντος. Κεφάλαιον. Α΄.

ΑΡξώμεθα λαλῆσαι περὶ τοῦ λέοντος, τοῦ βασιλέως τῶν θηρίων ἤτοι τῶν ζώων. καὶ γὰρ Ἰακὼβ εὐλογῶν τὸν Ἰούδαν λέγει, σκύμνος λέοντος Ἰούδα υἱέ μου ἐκ βλαστοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς.

LATINA INTERPRETATIO.

Sanctipatris noſtri Epiphanij Epiſcopi Conſtantiæ Cypri ad Phyſiologum, qui de vniuſcuiuſque generis ferarum ac volucrum natura locutus eſt.

Phyſiologus de leone agit primum. *Cap. I.*

DE leone ferarum atque animalium rege dicere incipiamus: Iacob enim benedicens Iudæ, Catulus leonis, ait, Iuda, ex germine fili mi; & quæ ſequuntur.

PRIMA LEONIS PROPRIETAS.

CVm leo in monte oberrat, & venatorem odoratur, ſua ipſius veſtigia cauda obtegit, ne illis inſiſtentes venatores, luſtrum inueniant, atque ipſum capiant.

INTERPRETATIO.

SIc Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſpiritualis leo qui vicit ex tribu Iudæ, radix Dauid, à Patre miſſus, ſui ipſius ſpiritualia cooperuit veſtigia, ideſt diuinitatem ſuam; ſe enim exinaniuit, & in Mariæ ventrem deſcendit, vt ſaluaret fraude deceptum hominum genus, Et

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΛΩΠΕΚΟΣ.

Κεφάλαιον ΙΘ'.

Η Ἀλώπηξ ἐστὶ πολύτροπον ζῶον, πεινάσασα δὲ καὶ ἀποροῦσα τροφῆς ἀπέρχεται ἐπὶ τοὺς ἡλιακοὺς τόπους καταῤῥίπτουσα αὐτὴν εἰς γῆν, καὶ ἀνεχομένη τὴν πνοὴν καὶ ἀποκρίνουσα τεθνηκέναι, καὶ ὑπτία, τοὺς ὀφθαλμούς τε καὶ τοὺς πόδας ἄνω ἔχουσα. ἐπερχομένων δὲ τῶν πετεινῶν, καὶ αὐτὴν κατεσθίειν βουλομένων, ἐκείνη ἑτοίμως αὐτὰ κρατεῖ, καὶ ὅσα βούλεται κατατρώγει.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Οὕτω καὶ ὁ διάβολος παγιδεῦσαι τὸν ἄνθρωπον βουλόμενος, διαταράζει αὐτὸν, ὅπως ἀμελῶς ἔχηται τῆς προσευχῆς, καὶ ῥᾷστα οὕτως παγιδεύει αὐτόν.

BEATI EPIPHANII
EPISCOPI CYPRI
in die feſto Palmarum.

Benedic Domine.

GAVDE plurimum filia Sion; lęta re & exulta vniuerſa Dei Eccleſia: Ecce enim iterũ accedit ad te Rex, ecce ſponſus tuus pullo inſidens venit; procedamus illi obuiam, feſtinemus vt eius videamus gloriá, ingreſſus illius honorem alacriter præoccupemus. Iterum Rex Sion expectatio Gentium in Sion venit, iterum mundo ſalutem largitur. iterum lux mittitur, iterum error expellitur, iterum collucet veritas, iterum Eccleſia ducit choros, iterum Synagoga viduatur, iterum Dæmones pudore afficiuntur, iterum ſoluitur maledictio, iterum confunduntur Iudæi, iterum Draco conteritur, iterum Gentes exhilarantur, iterum illuſtratur Sion. Chriſtus in pullo tanquam in throno ſedens procedit, exultate cœli, hymnos dicite Angeli, lætamini montes, exilite colles, plaudite flumina, qui habitatis Sion ducite choreas, eccleſiæ gaudete, ſacerdotes hymnos dicite, prophetæ præuenite, diſcipuli prædicate, exite obuiam populi, concurrite ſenes, matres choreas agite, lactantes canite, iuuenes clamate, congregamini Gentes, omnis creatura, natura omnis, omnis ordo, omnis ſpiritus, omnis terra, omnis dignitas, omnis ætas, omnis natio, omne regnum Regi regum regali cultu obuiam eamus, Deo deorum diuinitus canamus, ſponſo incorruptionis, quales diuinum decent ſponſum, choros ducamus, hilares hilari vultu lampadas accendamus, animorũ veſtes, vt Deo conuenit, immutemus, vias vitę recte paremus, ani